

marit Saram. — Respondeo : Tobias tibi narrat quod ex vulgi fabulis hauserat. Unde verum est, Tobiam ita audivisse narrari ; sed non est verum ita rem habuisse. Falsissimum enim est, demonem humani generis capitalem hostem adamassè Saram, cum neque animo tam casto delectaretur, neque sancta ipsius opera, verba, cogitata ei placerent, neque ex corpore illius quidquam ipse voluptatis haurire posset. Nam etsi negare nolum, demones cum aliquibus feminis inebri vice nonnunquam fungi, nunquam tamen concesserim, verum istic amorem intercedere, aut demoni voluptatem afferre ; quin potius odii lethiferi et tormenti genus id esse crediderim. Erga Saram verò tam castam, tam piam, nihil etiam ejusmodi licuit demoni, qui pudicitia per seipsum tali modo vim afferre, aut corpus alienius subagitare nunquam potest, cujus non prius animam obscenâ libidine contaminârât, ex eoque vel tunc, vel ante, flagitiosi operis consensum non impetrârât. Sic enim exigit ratio divinæ bonitatis et providentiæ, ut docent Cæsarius, Thomas de Cantimprato, et Martinus Delrio.

Petes secundò : Quid pellexit tam multos procos ad expectandas nuptias Saræ, quas nôrant prioribus illis tam infelices accidisse ? — Respondeo primò : Eximia virginis forma ; secundò, hæreditatis, quæ illi utpote unigenitæ, tota debebatur, aviditas ; tertio, ius propinquitatis : neque enim verisimile est parentes voluisse eam alteri quàm propinquiore tradere. Quartò, ardentissimus erga filiam amor de quo Ovidius lib. 9, Metamorph. :

Ivanus fatemur amores.

Vers. 16. — Fecerunt conscriptionem conjugii (1), tabulis de more expeditis, quibus pacta convenia continebantur.

(1) Grævus : Vocavit Raguel Ednam uxorem suam, et sumens librum, scripsit syngrapham.

CAPUT VIII.

1. Postquam verò cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

2. Recordatus itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos.

3. Tunc Raphael angelus apprehendit demonium, et religavit illud in deserto superioris Egypti.

4. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei : Sara, exsurge, et deprece-

Petes : Quo modo tam citò persuasum parentibus, ut primâ adventus Tobie horâ nuptias Saræ addicerent ? — Respondeo, primò, ob ingenium nuptiarum filie desiderium, ac sobolis ex elprocœandæ, et sic familiæ suæ conservandæ ac propagandæ affectum ; secundò, ob conditiones sponsi, quo meliorem nec sperare poterant, nec optare ; tertio, quia ex lege debebatur illi, ut dixi c. 6, v. 12 ; quartò, ob Raphaelis qui paranympum agebat, insignem suadellam, sermonis gravitatem, personæ majestatem ; quintò et maximè, ob vim internam quâ Deus mentes parentum ad eas nuptias probandas impellebat. Ita Dionysius Carthusianus (1).

et signavit ; seu potius, ob signavit sigillo. Mos connubialium tabularum vetustissimus est, et sero communis, præsertim verò apud eos qui cum polygamia uterentur, præter primi ordinis uxores, quas solemnî pompâ et scriptis tabulis ducebant, alias addebant inferiores absque pompâ, quarum liberi ab hæreditate excluderentur. Hebræus : Mos, advocatis testibus, desponsant eam in conspectu eorum, qui et scripserunt ac sigillarunt instrumentum, quod summam dotis illi danda continebat.

(Calmei.)

Fecerunt instrumentum authenticum, in quo conscripserunt conditiones et pacta conjugii, scilicet, promissa tam sponsi quàm sponse, ejusque parentum. Non dubitârunt parentes, licet terribi nece septem sponsorum, dare Saram filiam Tobie ; tum quia Raphael vultus verborumque gravitate, imò majestate id suadebat, et securitatem spondebat ; tum quia Deus eos interius ad connubium hoc peragendum incitabat ; ita Dionys. Serar., et alii.

(1) Vers. 18. — Ut prepararet alterum cubiculum, rempe ne funesti loci conspectus Saram angoret.

(Grotius.)

Vers. 19. — Et introduxit illic Saram filiam suam. Nam novæ nuptiæ apud Hebræos priores cubitum ducebantur, Genesens 29, 25. Idem mos Romanis. Catullus in Epithalamio,

Jam licet venias, marito :

Uxor in thalamo tibi est.

(Grotius.)

CHAPITRE VIII.

1. Après qu'ils eurent souppé, ils introduisirent le jeune homme auprès d'elle ;

2. Et Tobie se souvenant des paroles de l'ange, tira de son sac une partie du foie, et la mit sur des charbons ardents.

3. Alors l'ange Raphaël prit le démon, et l'enchaina dans le désert de la Haute-Egypte.

4. Alors Tobie exhorta la vierge, et lui dit : Sara, levez-vous ; et prions Dieu aujourd'hui,

nur Deum hodie, et eras, et secundum eras, quia his tribus noctibus Deo jungimur ; tertîa autem transactâ nocte, in nostro erimus conjugio ;

5. Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum.

6. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis.

7. Dixitque Tobias : Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cœli et terra, mareque, et fontes, et flumina, et omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt.

8. Tu fecisti Adam de limo terra, dedisti que et adjutorium Evam.

9. Et nunc, Domine, tu scis quia non luxuriæ causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in quâ benedicatur nomen tuum in secula seculorum.

10. Dixit quoque Sara : Miserere nobis, Domine, miserere nobis : et consenescamus ambo pariter sani.

11. Et factum est circa pullorum cantum, accessari jussit Raguel servos suos, et abierunt cum eo pariter ut foderent sepulcrum.

12. Dicebat enim : Ne fortè simili modo eveniret ei, quo et cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam.

13. Cùmque parâssent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei :

14. Mitte unam ex ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliat eum antequàm illucescat dies.

15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes.

16. Et reversa nuntiavit bonum nuntium : et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, et Anna uxor ejus ;

17. Et dixerunt : Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus.

18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

et demain et après-demain, parce que durant ces trois nuits nous sommes unis à Dieu par la prière ; et après la troisième nuit, nous vivrons dans notre mariage :

5. Car nous sommes enfants des saints ; et nous ne devons pas nous marier comme les païens qui ne connaissent point Dieu.

6. S'étant donc levés tous deux, ils priaient Dieu avec ferveur afin qu'il lui plût de les conserver en santé.

7. Et Tobie dit : Seigneur, Dieu de nos pères, que le ciel et la terre, la mer, les fontaines et les fleuves, avec toutes vos créatures qu'ils renferment, vous bénissent.

8. Vous avez formé Adam du limon de la terre, et vous lui avez donné Eve pour être son aide.

9. Et maintenant, Seigneur, vous savez que ce n'est point pour satisfaire ma passion, que je prends ma sœur pour être ma femme, mais dans le seul désir de laisser des enfants, par lesquels votre nom soit béni dans tous les siècles.

10. Sara dit aussi : Faites-nous miséricorde, Seigneur, faites-nous miséricorde ; et que nous vieillissions ensemble dans une parfaite santé.

11. Et il arriva, vers le chant du coq, que Raguel commanda qu'on fit venir ses serviteurs ; et ils s'en allèrent avec lui, pour faire une fosse :

12. Car il disait : Il sera peut-être arrivé à celui-ci la même chose qu'à ces sept hommes qui sont entrés chez elle.

13. Et après qu'ils eurent préparé la fosse, Raguel étant retourné vers sa femme, lui dit :

14. Envoyez une de vos servantes pour voir si l'est mort, afin que je l'ensevelisse avant qu'il fasse jour.

15. Sa femme envoya donc une de ses servantes qui, étant entrée dans la chambre, les trouva tous deux dans une parfaite santé, qui dormaient dans le même lit.

16. Et étant retournée, elle annonça cette bonne nouvelle. Alors Raguel et Anne sa femme bénirent le Seigneur,

17. Et dirent : Nous vous bénissons, Seigneur, Dieu d'Israël, parce que ce que nous avions pensé n'est point arrivé ;

18. Car vous nous avez fait miséricorde ; vous avez repoussé de nous l'ennemi qui nous persécutait ;

19. Misertus es autem duobus unicus. Fac eos, Domine, plenius benedicere te; et sacrificium tibi laudis tuæ et suæ sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universâ terrâ.

20. Statimque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam, quam fecerant, priusquam elucesceret.

21. Uxori autem suæ dixit ut instrueret convivium, et præpararet omnia quæ in cibis erant iter argentibus necessaria.

22. Duas quoque pingues vaccas, et quatuor arietes occidi fecit, et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

23. Et adjuvavit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se.

24. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobie; et fecit scripturam, ut pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum, Tobie dominio deveniret.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

4. Postquam verò consummaverunt cœnantes, introduxerunt Tobiam ad eam. — 2. Ille autem vadens recordatus est verborum Raphael, et sumpsit cinerem thymiamatum, et superpositus cor piscis, et jecur, et fecit fumigare. — 5. Quando autem olfecit demonium odorem; fugit in superiora Ægypti: et egavit ipsum angelus. — 4. Ut autem clausi sunt utriusque, surrexit Tobias de lecto, et dixit: Surge, soror, et deprecemur, ut misereatur nostrî Dominus. — 5. Et cœpit Tobias dicere: Benedictus es, Deus patrum nostrorum, et benedictum nomen tuum sanctum, et honoratum in secula. Benedicant te cœli, et omnes creaturæ ejus. — 6. Tu fecisti Adam, et dedisti ei adjutricem Evam firmamentum uxorem ejus. Ex his natum est hominum semen. Tu dixisti non bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutricem similem ei. — 7. Et nunc, Domine, non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed super veritatem. — Præcipe misereri mei, et ei consensescere. — 8. Et dixit secum: Amen. — 9. Et dormierunt utriusque nocte. — Et surgens Raguel ivit, et effodit sepulcrum. — 10. Dicens: Nonne et hic morietur? — 11. Et venit Raguel in domum suam. — 12. Et dixit Ednæ uxori suæ: — Mitte unam ancillam, et videant, si vivit; si autem non, et sepeliamus eum, et nemo sciat. — 13. Et intravit ancilla aperiens januam, et invenit ambos dormientes. — 14. Et egressa annuntiavit eis, quia vivit. — 15. Et benedixit Raguel Deum, dicens: Benedictus es tu, Deus, in omni benedictione mundâ, et sancta; et benedicit te sancti tui, et omnes creaturæ tuæ, et omnes angeli tui, et electi tui; benedicit te in secula. — 16. Benedictus es, quoniam lætificasti me, et non factum est mihi, sicut suspicabar, sed secundum multam misericordiam tuam fecisti nobiscum. — 17. Benedictus es, quoniam misertus es duorum unigenitorum: fac eis, Domine, misericordiam, consumma vitam eorum in sanitate cum lætitiâ et misericordiâ. — 18. Jussit autem famulos exaggerare sepulcrum. — 19. Et fecit eis nuptias diebus quatuordecim. — 20. Et dixit ei Raguel, antequam consummarentur dies nuptiarum, cum juramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum. — 21. Et tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius ire cum sanitate ad patrem; et reliqua, cum mortuus fuero, et uxor mea.

19. Et vous avez eu pitié de deux enfans unicus. Faites, Seigneur, qu'ils vous bénissent de plus en plus, et qu'ils vous offrent le sacrifice de la louange qu'ils vous doivent pour la santé qu'ils ont reçue de vous, afin que toutes les nations connaissent que, dans toute la terre, il n'y a point d'autre Dieu que vous.

20. Raguel aussitôt commanda à ses serviteurs de remplir avant le jour la fosse qu'ils avaient faite.

21. Il ordonna aussi à sa femme de préparer un festin et tous les vivres nécessaires à ceux qui doivent faire un voyage.

22. Il fit assés tuer deux vaches grasses et quatre moutons, et préparer un festin pour tous ses voisins et tous ses amis.

23. Raguel conjura ensuite Tobie de demeurer avec lui pendant deux semaines.

24. Il lui donna la moitié de tout ce qu'il possédait; et déclara, par un écrit, que l'autre moitié qui restait reviendrait à Tobie après sa mort et celle de sa femme.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — Cassidile, teste Budeo, Lirano et Carthusiano, vocatur pera in modum retis facta. Estque diminutivum à casse seu reti. Talibus reticulatis sacculis sæpè utuntur venatores, piscatores et obsonatores.

PARTEM JECORIS (2). Adde et cordis, uti hic

(1) INTRODUXERUNT JUVENEM AD EAM, DITO regionis more, quo sponsus sponsam suam in thalamum adibat. (Galmet.)

(2) PARTEM JECORIS, POSUITQUE EAM SUPER CARBONES VIVOS, id est, ardentes et flammantibus; ignis enim per flammam sese agitans et quasi respirans videtur vivere. Græca uberius sic habent: Tobias accepit cinerem, sive primam thymiamatum, et imposuit cor piscis, et hepar, fumumque fecit, et quando odoratus est demon odores, fugit ad Ægypti supra. Hebr. autem: Percepit Asmodeus odorem, et fugit. Ergo fumus hic jecoris et cordis aliquid physicè effluçiebat, quo fugabatur dæmon; adde sanctitatem, merita, benedictionem et preces tam Raphaelis, quam Tobias, juncta fumo illi energiam, dedisse ad abigendum Asmodeum; sicut pulsus campanarum ab Ecclesiâ benedicturum fugatur dæmon excitans procellas et tempestates, non vi pulsus, sed vi orationis Ecclesiæ, per quam benedictæ sunt. Idem fit per aquam lustralem, per agnos et cereos benedictos, perque alias res consecratas. Sic olim S. Hieron., S. Antonius, aliique anachoretæ dantes energumeno panem, vel oleum à se benedictum, expellebant dæmonem.

Simile prorsus recessus Joseph. l. 8 Antiquitatum c. 2, de radice dictâ Baars à Salomone ostensâ, cujus odoratu fugabatur dæmon; « Vidi, inquit, ex popularibus meis quendam Eleasarum in præsentia Vespasiani, et filiorum, et tribunorum, reliquorumque militum multos arreptitios percurantem. Modus verò curationis erat hic: « Admotariibus dæmoniâ annulo, sub cuius sigillo inclusa erat radice species à Salomone indicatæ, ad cujus olfactum per nasum extraherebat dæmonem, et collapsus mox homine, adjurabat id, ne amplius rediret, « Salomonis interim mentionem faciens, et incantationes ab illo inventas recitans. » Hæc si vera sunt et proba, non magica, uti proba esse censent Jansenius et Franc. Lucas in c. 12, Math., Tolet. in c. 11 Luca, Salmer. tom. 8, tr. 15, dicendum est, quod à D. Th. P. 6 de Potentiâ, art. 10, ad 5, dictum est, et à Victoriâ relect. de Magiâ usurpatum, potuisse certam quandam et piam formulam effluçienti dæmones institui à Salomone, sancto adhuc, quam Deus peculiari suâ auctoritate, ad dæmones fugandos confirmaret. In hæc enim nihil magicum, nihil ex amicitia et foderere cum dæmone. At à Salomone idololatrà et magicæ artis postea studioso, si unquam conscripti, traditive exorcismi, hos oportet magicos fuisse, et nullâ divinâ aut angelicâ virtute fultos, ad abigendos dæmones, sed tantum pacto impio et nefariâ magiâ. Hanc sanè olet radice illa Josephi inclusa annulo, in quâ nulla facultas supra spiritum, aut noster Pineda l. 5 de Rebus Salom. c. 29. Nam et

additur in Græco et Hebræo, et supra c. 6, v. 8, de corde expressè præceperat angelus. Porro quâ vi jecur illud dæmonem fugarit, dixi c. 6, vers. 8. Ex Græco hic videtur Tobias primo thymiamata seu suaves aliquos odores adolevisse Deo; deinde cor et jecur piscis imposuisse prunis. Quæ ut odoratus est Asmodeus, dicitur fugisse in Ægypti fines et loca editissima. In Hebræo additur, egredientia Asmodeo, thalami ostium patuisse. Fortè certam egressionis suæ notam edere jussus erat dæmon. In Latino clarîus dicitur, corde seu jecore prunis imposito.

VERS. 3. — RAPHAEL ANGELUS APPREHENDIT DÆMONIUM (1), non manibus visibiliter, sed

Serario hic q. 5, c. 7, displicent hæc duo, primum, quod l. 7 Belli c. 5, asserat radicem Baars è terrâ evelli non posse, nisi moriatur is qui evellit, sive homo sit, sive canis; secundum, quod dæmones vocet malorum hominum spiritus. Quin et Sedit in Magic. l. 6, c. 2, q. 3, sect. 2, cum Pinedâ censet, falsâ radices has et dæmonum exorcismos adscribi Salomoni. Illi ergo suspecti sunt, incertæque et dubiæ fidei. Judei enim, qui eos jactant, magis abundant, ac fortè Eleazarus ille Josephi fuit magus. Sanctior, idèoque securior et dæmoni formidabilior fuit virga S. Benedicti, de qua S. Greg. l. 2 Dialog. c. 4, siquidem percutus monachus cum sæpè nigellus puer ab oratione abducebat, deinceps ad orationis studium immobilis permanavit, sicque anti-
« quus hostis dominari non ausus est ejus in cogitatione, ac si percussus fuisset ex verberere. » (Corn. à Lap.)

(1) Ne hic occurrat ulla suspicio superstitionis, certum est, nullam rem mere corpoream posse naturaliter agere in creaturam spiritualem, qualis est dæmon. Itaque partes istæ radices et jecoris, aut fumus ex his procedens, nihil omnino naturaliter agere potuit in dæmonem, virtutem ejus debilitando, vel prorsus impediendo; sed duobus modis, quod hic dicitur, intelligi potest. Uno modo, si dicamus illi placuisse Deo, ut per hæc corporalia tanquam per instrumenta quædam supernaturaliter operaretur in fugandum dæmonem, quem modum per sacramenta Ecclesiæ dæmonis potestas colubetur, et maxime per baptismum. Altero modo, si dicamus hæc fuisse merasigna et figuras earum rerum quæ per se valebant ad dæmonem fugandum. Nempe supra dictum est actiones angelorum hominibus apparentium figuratas esse. Cor itaque significat mentem seu voluntatem hominis; jecur concupiscentiam, juxta illud hymni: « Lumbos et jecurque morbidum adure igne congruo; » fumus fervorem orationis ascendentis ad Deum. Dum ergo mens per orationem ad Deum erigitur, et concupiscentia igne devotionis re-
frenatur, dæmon fugatur. Sed priori explicationi magis suffragari videtur quod cap. 6, v. 5, dicantur medicamenta, scilicet medicamenta supernaturalia. (Estius.)

invisibili virtute atque imperio, et si labet, etiam qualitate illi impressa per vim angelicam apprehensivam: ac detentivam. Sicut Apocal. 20: *Angelus habens clavem abyssi apprehendit dyabolum.* Simili etiam modo religavit dæmonium in deserto, ita affligendo ipsum illi loco, ut inde ne pilam quidem abscedere possit, substracto fortè concursu divino, ad omnes creaturarum actiones necessario. Hejus enim concursus substractio frém imperium Dei, angelicæ vel hominis, vice et nomine Dei, in dæmones, denique vis spiritualis detentiva dæmonum: subinde metaphoricè vocantur *vineta, rudentes, catenæ*; 2 Petri 2, et Judæ v. 6, et Apoc. 20, v. 2, et alibi. Hæc vero vincula nonnunquam solo spiritali et invisibili modo dæmonibus injiciuntur; nonnunquam additis quibusdam corporalibus symbolis quæ sub sensum cadunt, ut hic contingit, et de pluribus casibus narrat Delrio et Casarius, apud quem dæmon fitatur, *Eusebriam* principem suam, tribus illis verbis: *Per ipsum cum ipso, et in ipso*; id est, vi atque imperio sanctissimæ Trinitatis, apud inferos constrictum jacere.

DESERTUM SUPERIORIS ÆGYPTI, secundum Ptolomeum, est desertum Thebaidos; nempe australior et superior Ægypti pars, è quo Nilus delabitur; montibus aspera, arenis plena, pluvius destituta. Hodie *Sahin* vel *Sait* vocatur, teste Joan. Leone, Leunclavio et aliis. S. Hieron. siccam describit: *Thebais in extremis terminis Ægypti, Æthiopiæ, Blemæ, et in confinio est, ubi Nilus innavigabilis est, et cataractarum fragor, et omnia in via plenaque serpentum et venenatorum animantium.* En locum Asmodæo dignum, in quo verisimillimum est, toto vite tempore Tobie et Saræ refugium mansisse. Et talem locum subindicat quoque Christus Matth. 12, per loca *arida iniqua*, in quibus dicit inambulavit dæmonium, *cum extertit ab homine.* Verùm etsi tam asperis Ægypti montibus coercitus teneretur libidinum rex, non desit tamen interea suos, quos innumeros habet, et qui nunquam feriantur, emissarios impudentissimos ganeones et cupidines; si non in Tobie familiam, quæ nunquam talibus patuit, certè in reliquum orbem continuo immittit, quemadmodum solet ex orco Lucifer. Et de ebriis lascivisque dæmonibus Andream proficiscentibus narrat lepide Philostratus (1).

(1) VERS. 4. — TUNC MORTUUS EST VIRGINEM

TOBIAS, DIXITQUE EI: SARA, EXSURGE, ET DEPRECCER DEUM. Græcus: *Cum clausi essent utriusque, ascendit Tobias in lectum, et dixit: Surge, et deprecamur, ut miseretur nostri Dominus.* Sed præstat legere cum Græco editionis Romane et veteris Latine versione: *Ut autem clausi sunt utriusque, surrexit Tobias de lecto, et dixit: Surge, etc.* Hinc lectioni consentaneus est Hebræus: *Egresso autem illo de cubiculo, clauserunt ostium super se, et surrexit Tobias ad orandum, simul et ad preces dicens: Surge, etc.* Ne verbum quidem de tribus noctibus in continentia traducendis, neglectis etiam his quæ in versibus 5, 6, leguntur. Vnde caput 6, 20, 21, 22, ubi par omisso animadvertitur.

VERS. 8. — TU FECISTI ADAM DE LINO TERRE, DESTITISTI EI ADJUTORIUM HEVAM. Græcus: *Destitisti ei adjutricem et firmamentum Hevam.* Hebræus: *Deditis ei Hevam uxorem ejus, pariparatiq; etiam (ad nascendum) uniuerso orbi. Tu dixisti: Non est hominem esse hominem solum: factam ei auxiliam, quod sit coram eo.* (Calmet.)

VERS. 9. — TU SCIS QUIA NON LUXURIE CAUSA ACCIPIO SOROREM MEAM CONIUGEM, SED SOLA PATERITATIS DILECTIONE, IN QUÀ BENEVOLENTIA NOMEN TEUM. Non possumus quin admiremur pios adeo sensus hominis sub elementis legis enutriti; et inter gentem planè rudem ignorantem viventis. Nihil perfectius, sublimius, nihil ex homine Christianis institutis excellentissimo expectandum est. Eadem sensu leguntur capite 5, 16. Nec Sara minori sanctimoniam scientiâ, minori castitate, quam Tobias, præstabat. Græcus: *Nunc non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed in veritate; vel in fide, ut fidem illi maritale servum.* Hebræus est: *Ut confirmem verbum tuum, quod seruum est.* Syrus: *Secundum jus legis.* Ex hoc loco S. Augustinus Christianos docet, quâ ratione licentiâ maritali ut debeant; additque: *Concubitus necessarius causa generandi, inculpabilis, et solus ipse nuptialis est; ille autem qui extra ipsam necessitatem progreditur, jam non rationi, sed libitini obsequitur.* (Calmet.)

Hinc et illud Apostoli 1 Cor. 7: *Et iterum revertimini in idipsum. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* (Estius.)

VERS. 10. — DIXIT QUOQUE SARA: MISERERE NOMIS, DOMINE. In Græco hæc loquitur Tobias, pergens: *Præcipe, Domine, misereri mei, et ei consentescere. Et dixit secum: Amen. Et dormierunt utriusque nocte.* Paria fert Hebræus, quæ tamen à nostrâ Vulgata plurimum discrepant. (Calmet.)

VERS. 11. — ET FACTUM EST CIRCA PULLORUM CANTUM, ACCESSIT INSIU RAGUEL SERVUS SORORIS. Græcus: *Et accessit Raguel, viri, et effudit se pulcrum, dicens: Nomen est hic mortuus? Hebræus: Fortassis et hic mortuus est.* (Calmet.) Quomodo timebat Raguel, ne mortuus esset Tobias? — Vesperè Tobiam sanum fuisse, illudque noctis tempus evasisse, quo interfecit sponsi alii fuerant, sciebat Raguel. Sed verèbatur ne fortè circa noctis medium, aut post, venisset Asmodeus. Licet enim antea diceret, sperare se, suas preces exauditas, solet tamen interdum arduis in rebus, spes vacillare, cum eorum tempus adest, vel ut fieri possint, vel

VERS. 15. — ANCIILLA REPERIT EOS SECUM PARIETER DORMIENTES (1). Nempe post diurnam comprehensionem, plorationem, vigilationem, fatigati, ad quiescendum non nihil sese relaxarant novi conjuges, super eodem quidem lecto; sed vestiti, et sine ullo Veneris commercio, quo totis tribus noctibus abstinere jussi fuerant à Raphael. Quod exemplum conjugibus seu sponsis omnibus imitandum suadet Evaristus Papa; et Tridentinum monet, ut saltem triduo ante consummationem mari-

certè ut cognosci jam audireque debeant. Time enim animus ne fortè, quam vellet, socius evaniret. Ita Carthusianus. (Serarius.) (1) Continentes se tamen alterum ab altero, et facili vestibus minimè positis. Hoc utique reputandum est, ex sensu Vulgate; agenda enim illis erant tres à conubio noctes in continentia. Reliqui verò codices hunc sensum non exigunt. (Calmet.)

VERS. 16. — BENEDEXERUNT DOMINUM RAGUEL ET ANNA. In Græco solum de Raguele. Ita vero in eodem textu ille Deum commendat, seu gratiarum actionibus sequitur: *Benedictus es tu, Deus, in omni benedictione mundâ et sancta; et benedicens te sancti tui, et omnes creatura tuæ, et omnes angeli tui et electi tui benedicti te in secula. Benedictus es, quoniam latifecisti me, et non factum est mihi sicut suspicabar; sed secundum multam misericordiam tuam fecisti nobiscum. Benedictus es, quoniam miseris es duorum unigenitorum; fac eis, Domine, misericordiam; consumma vitam eorum in sanctitate cum latitudo et misericordia.* Ita Græcus à v. 16 usque ad 19. Gemina fermè Hebræus. (Calmet.)

CAPUT IX.

1. Tunc vocavit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea.

2. Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ.

3. Tamen obscuro te, ut assumas tibi animalia sive servitia, et vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, redasque ei chirographum suum, et recipias ab eo pecuniam, et roges eum venire ad nuptias meas.

4. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: et si tardaverit unâ die plus contristatur anima ejus.

5. Et certè vides quomodo adjuravit me Raguel, cujus adjuramentum spernere non possum.

6. Tunc Raphael assumens quatuor ex servis Raguelis, et duos camelos, in Rages

monii peccata sua diligenter confiteatur, et sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento reficiatur. (1)

(1) VERS. 21. — UXORI SUE DIXIT, UT INSTRUERET CONVIVIUM, ET PROPARIARET OMNIA QUÆ IN CIBO ERANT ITER AGENTIBUS NECESSARIA. Parsuri curat nuptiale convivium, ratusque Tobiam itinere suo in Rages percurratur, addit libet finiri necessaria. Sed itineris incommodo illum liberat Raphael. In Græco et Hebræo reliqua hujus capitis ita leguntur: *Fecit nuptias quatuordecim diebus. Et dixit Raguel, antequam consummarentur dies nuptiarum (ante exitum septima diei, septem enim diebus nuptiæ perseverabant) cum juramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum; et tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius, ire cum sanitate ad patrem, et reliqua cum mortuus fuero et uxor mea. Nihil apud hos de vicinis in convivium mactatis, neque de supremis tabulis Raguelis quibus ex asse hereditatem Tobie post mortem suam confirmabat. In veteri Latine versione legimus, Ragulem mandasse uxori suæ, ut panes plures conficeret; ipsum verò è grege vacas duas, arietes quatuor attulisset, ut in convivium pararentur. Additur, adjurasse Tobiam, ne abiret quatuordecim illis diebus, sed maneret secum in convivio, exhibitans patrem et filiam. In cibo potique, acutissimo dolore cruciatam; acciperet iterum suam dimidium, ac deinde incolamus rediret ad patrem. Spondidit denique, post mortem suam et uxoris, illum reliquam hereditatem assecuturum.* (Calmet.)

VERS. 23. — UT DIAS HEEDOMAS MORARETUR APUD SE. Dies nuptiales solebant esse septem, Genesios 29, 27, Judic. 14, 15. Raguel ob ingens gaudium, et quia spes non erat post id vivendi filiam generumque, numerum duplicavit. (Grosius.)

CHAPITRE IX.

1. Alors Tobias appela l'ange, qu'il croyait un homme, et lui dit: Mon frère Azarias, je vous prie d'écouter ce que j'ai à vous dire.

2. Quand je me donnerais à vous pour être votre esclave, je ne pourrais pas reconnaître dignement tous les soins que vous avez pris de moi.

3. J'ai néanmoins encore une prière à vous faire; c'est que vous preniez des montures et l'équipage nécessaire, et que vous alliez vers Gabelus en la ville de Rages au pays des Médés, pour lui rendre son obligation, et en recevoir de lui le montant, et pour le prier de venir à mes noces;

4. Car vous savez bien que mon père compte les jours; et que, si je suis en retard d'un jour, son âme sera accablée d'ennui.

5. Vous voyez aussi de quelle manière Raguel m'a conjuré de demeurer ici; et que je ne puis résister à ses instances.

6. Raphaël prit donc quatre serviteurs de Raguel et deux chameaux, et s'en alla en la

civitatem Medorum perrexit; et inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, et recepit ab eo omnem pecuniam.

7. Indicavitque ei de Tobia filio Tobie, omnia que gesta sunt; fecitque eum secum venire ad nuptias.

8. Cùmque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem; et exiliens, osculati sunt se invicem: et flevit Gabelus, benedixitque Deum,

9. Et dixit: Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, et justus, et timentis Deum, et elemosinas facientis:

10. Et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros;

11. Et videatis filios vestros, et filios filiorum vestrorum, usque in tertiam et quartam generationem: et sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum.

12. Cùmque omnes dixissent: Amen, accesserunt ad convivium; sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et vocavit Tobias Raphael, et dixit ei: — 2. Azaria frater, — sume tecum puerum et duos camelos, et vade in Ragis Media ad Gabaël, et affer mihi argentum, et ipsum adduc mihi ad nuptias. — 3. Quoniam juravit Raguel non exire me: — 4. Et pater meus numerat dies: ac si tardavero valde; tristabitur nimis. — 5. Et ivit Raphael, et mansit apud Gabaël, et dedit ei chirographum. Ille autem protulit arculas in sigillis, et dedit ei. — 6. Et diluculo surrexerunt unus, et venerunt ad nuptias. Et benedixit Tobias uxorem suam.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — NON ERO CONDIGNUS PROVIDENTIE TUE, id est, non condignè satisfecero in me meritis et curæ de me.

(1) VERS. 1. — TUNC VOCAVIT TOBIAS ANGELUM AD SE, QUEM QUIDEM HOMINEM EXISTIMABAT, etc. Hoc caput in Græco textu multo paucioribus verbis contextitur, nempe his tantum: *Et vocavit Tobias Raphael, et dedit ei: Azaria, frater, accipe tecum puerum, et duos camelos, et vade in Ragis Media ad Gabaël, et porta mihi argentum, et eum adduc ad nuptias, quoniam juravit Raguel non exire me. Et pater meus numerat dies, et si tardavero multum, tristabitur valde. Et abiit Raphael, et mansit apud Gabaël, et dedit ei chirographum. Ille autem obtulit thesaurus in sigillis, et dedit ei. Et mane surrexerunt simul, et venerunt ad nuptias; et benedixit Tobias uxorem suam. Hæc, nec plura in Græco textu.*

Textus Græcus totius hujus capituli, quamquam in eptomen accuratissimam redactus, nihil vel parùm à sensu Vulgatæ recedit. (Calmet.)

VERS. 2. — SI ME IPSUM TRADAM TIBI SERVUM,

ville de Ragès au pays des Médès, où ayant trouvé Gabelus, il lui rendit son obligation, et en regut de lui tout le montant.

7. Il lui raconta aussi tout ce qui était arrivé à Tobie, fils de Tobie; et il le fit venir avec lui aux noces.

8. Gabelus étant entré dans la maison de Raguel, trouva Tobie à table, lequel se leva précipitamment; ils s'entre-salèrent en se baisant, et Gabelus pleura et bénit Dieu.

9. Et dit: Que le Dieu d'Israël vous bénisse, parce que vous êtes fils d'un homme très-vertueux, d'un homme juste qui craint Dieu, et qui fait beaucoup d'aumônes.

10. Que la bénédiction se répande aussi sur votre femme, et sur votre père et votre mère.

11. Puissiez-vous voir tous deux vos fils et les fils de vos fils jusqu'à la troisième et quatrième génération! et que votre race soit bénie du Dieu d'Israël qui règne dans les siècles des siècles.

12. Et tous ayant répondu, Amen, ils se mirent à table. Mais, dans le festin même des noces, ils se conduisirent avec la crainte du Seigneur.

VERS. 5. — VADAS IN RAGES (1). Atqui ex c. 5, v. 6, patet, Saram Tobie jam sponsam habitasse in Rages, et illi nunc aderant tam non ero condignus providentie tue, hoc est, tua provide erga me: cura non satisfecero, nec condignam ei mercedem rependero.

(Corn. à Lap.)

(1) Les critiques ont observé qu'au verset 7 du chapitre troisième du livre de Tobie il est dit que Sara, fille de Raguel, habitait à Ragès, ville de Médie; et au verset 5, chapitre 9, le jeune Tobie, après l'avoir épousée, envoie l'Ange qui le conduisit à Ragès, ville de Médie, chez Gabelus, qu'il amène aux noces de Tobie, et le voyage dura plusieurs jours.

Cela n'est point difficile à concilier. Raguel et Sara sa fille habitant la ville de Ragès, lorsque arriva ce qui est rapporté au chapitre trois. Après ces fâcheux événements et la mort des sept premiers maris de Sara, ils jugèrent à propos de s'éloigner d'un endroit si propre à leur retracer des souvenirs si tristes; peut-être se hâtèrent-ils de s'éloigner, crai-

Raphaël, quam Tobias; quomodo ergo jam rogat Tobias Raphael, ut in Rages excurrat? Respondeo: Tota illa regio etiam *Ecbatanis*, ubi Sara degabat, ab antiquo vocatur *Rages*; sed erat in eadem tamen regione etiam particularis eodem nomine dieta *Rages*. Sic *Neapolis* in Italia et civitas est, et regnum; *Brunzvicum* in Germaniâ et urbs et ducatus; *Lutsemburgum*, *Geltria*, *Limburgum*, *Namurcum*, in Belgio urbes sunt, et integræ provinciæ. Sara ergo ejusque parentes habitabant *Ecbatanis* in regione seu provinciâ *Rages*; sed Gabelus in ipsâ urbe *Rages*.

ANIMALIA SIVE SERVITIA. Græcè et Hebraicè, *animalia et servitia*. Et ita factum constat ex v. 6 sequenti.

VERS. 5. — ADJURAVIT. Id est, per divini nominis reverentiam me obstrinxit, ut quatuordecim diebus cum ipso permaneam. Simile est Numer. 5, et 1 Reg. 22, et Math. 26: *Adjuro te*, etc. Et licet eâ adjuratione, pressè loquendo, non teneretur Tobias, quia socer tantam potestatem, in re tam gravi generum obligandi, non habebat, ille tamen prudenter ac religiosè parere voluit adjuranti, quia quando non prorsus incommodè fieri potest, religiosi modestique animi est adjurantibus cedere et obsequi, ob reverentiam Numinis divini (1).

gnaunt la vengeance des parents des époux, ou quelque autre mauvais affaire; et la Providence, qui veillait sur eux d'une manière si admirable, les conduisit dans un autre endroit sur les bords du Tigre où le jeune Tobie fit la connaissance de Sara et l'épousa. (Duclot.)

(1) VERS. 6. — ET RECEPIT AB EO OMNEM PECUNIAM. In Græco: *Acceptit folles obsequates*. Sic enim jurisconsulti, Juvenalis quoque et Vegetius, vocant sacculos in quibus est pecunia.

(Grotius.)

VERS. 10. ET DICATUR BENEDICTIO SUPER UXOREM TUAM, ET SUPER PARENTES VESTROS. Ut omnino videntes vestram virtutem, id est, que Dei benedictionem et prosperitatem, vobis benedicens adprecetur, et dicant: *Benedicta sis Sara, que tam probi viri Tobias est uxor, benedicti sint parentes utriusque, qui tam ingeniosè post se relinquunt filios et filias. Honor enim et laus filiorum est honor et laus parentum; nam dedecus æquè ac decus filiorum in parentes redondat. Quocirca Basilus imperator hoc Leoni filio insigne dedit monitum, et virtutis paternæ emulanda stimulum: Ne me, queso, patrem amatem pudificetis; debent enim piiores corporum delinquentia; filii autem regum, quasi viæ imagines patrum virtutes referre.* Sic et mulier illa videns Christi virtutes et sapientiam, exclamavit: *Beatus venter qui te portavit, et ubera que suscitavit!* Luca 11, 27.

(Corn. à Lap.)

s. s. XII.

VERS. 12. — CUM TIMORE DOMINI NUPTIARUM CONVIVIIUM EXERCERANT (1). C. 7, v. 7, additur: *Benedicentes Dominum. Quam prociil inde omnis ebrietas, omnis vociferatio, lascivîa, rixæ, quam alie illæ nuptiæ à nuptiis et conviviis hodiernis! Plato, gentilis philosophus, nuptiarum modum et impensas sic præscribit: *Im-pensa secundùm divitias fiat. Bibere usque ad ebrietatem, ne alibi quidem unquam decet, cneque verò tutum est. Maxime tamen concubio conjuncti, et cum primis sponsus ac sponsa, tunc mentis compotes esse debent, ut ex quàm maximè moderatis generatio fiat, et solidus, stabilis ac quietus conceptus sit.**

DICATUR BENEDICTIO SUPER UXOREM, id est, dicitur in posterum novis nuptiis *Telia sis ut Sara Tobias uxore*. In Græco est: *Kai eudogon Tôtiav tîv spovaiav alevi*; sed olim scripsum videtur fuisse: *Kai eudogon* (nempe Raguel) *Tobias kai tîv spovaiav alevi, et benedixit* (Raguel) *Tobie et uxori ejus*, id est, abeumbus benè precatus est. Nam et sic historiam refert Hieronymus.

(Grotius.)

(1) Quasi diceret: *Convivabant hilariter, sed honestè, modestè, sobriè et castè, ne crapula aut sermone lascivo, vel obsceno Deum mitteret. Imitentur rursùm in domum mittent, imitentur hoc conjuges et convivæ, ut à mensis arceant ebrietatem, jurgia, detractiones, spurcitem sermonum, quibus Deus offenditur, ut conjugiis et conviviis maledicat. Audiant Platonem lib. 6 de Legibus: *Impensa secundùm divitias fiat; bibere verò usque ad ebrietatem ne alibi quidem unquam decet; neque verò tutum est, maxime verò concubio conjuncti, sponsus et sponsa tunc mentis compotes esse debent, quando non parvam ineunt vite mutationem, præsertim ut et quàm maximè moderatis generatio fiat; ferè etiam incertum est, que nox, aut dies ipsam cum Deo peragat. Quare ut solidus, stabilis, et quietus conceptus fiat, non oportet, diffidentibus ebriitate corporibus, dare operam liberis. Qui autem vino relictus est, tam animæ quàm corporis ratione concitatus, quavis et trahit et trahitur. Ideo ebrius, inquam mente captus, ad cerendum est inutilis. Nempe verisimile est eum festus inæquales, instabiles, obliquos etiam membris quàm corporibus procreare. Quamobrem per totam quidem vitam, et maximè quamdiu generationi vacat, abstinenti quibusque, cavetique ne faciat, vel qua esu aut potulatione, injuriarumque desoliant. Hæc enim in animos et corpora eorum qui enascentur, liberorum, necessariò transferuntur, isque imprimuntur, peioresque inde nascuntur. Sed præcipue die illa (nuptiarum) ac nocte Græcæ hic addunt: *Benedixit Tobias uxorem suam*, id est, benè precatus est ei, ut foret fecunda, et probus generatus, educaretque filios; sic Isaac deprecatus est Dominum pro uxore sua Rebecca, Genes. 25 vers. 21.**

(Corn. à Lap.)

CAPUT X.

1. Cùm verò moras faceret Tobias, causâ nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens : Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi ?

2. Putasne Gabelus mortuus est, et nemo reddet illi pecuniam ?

3. Cœpit autem contristari nimis ipse, et Anna uxor ejus cum eo : et cœperunt ambo simul flere, eò quòd die statuto minime reverteretur filius eorum ad eos.

4. Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat : Heu, heu me, filii mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vite nostræ, spem posteritatis nostræ ?

5. Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.

6. Cui dicebat Tobias : Tace, et noli turbari : sanus est filius noster ; satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum.

7. Illa autem nullo modo consolari poterat : sed quotidie exiliens circumspiciebat, et circumbat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

8. At verò Raguel dicebat ad generum suum : Mane hic, et ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum.

9. Cui Tobias ait : Ego novi, quia pater meus et mater mea modò dies computant, et cruciatur spiritus eorum in ipsis.

10. Cùmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, et ille eum nullâ ratione vellet audire, tradidit ei Saram, et dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, et in vaccis, et in pecuniâ multa : et salvum atque gaudentem dimisit eum à se.

11. Dicens : Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducaturque vos incolumes, et inveniatis omnia rectè circa parentes vestros, et videant oculi mei filios vestros priusquam moriar.

CHAPITRE X.

1. Mais Tobie différait à revenir, à cause de ses noces, son père était en peine et disait : D'où pensez-vous que peut venir ce retardement de mon fils, et qu'est-ce qui peut le retenir là si long-temps ?

2. Ne serait-ce point que Gabelus serait mort, et qu'il ne se trouverait personne pour lui rendre cet argent ?

3. Il se laissa donc aller à une profonde tristesse, et Anne sa femme avec lui ; et ils se mirent ensemble à pleurer de ce que leur fils n'était point revenu au jour marqué.

4. Mais surtout sa mère versait des larmes sans pouvoir se consoler, en disant : Hélas ! hélas ! mon fils ! Pourquoi vous avons-nous envoyé si loin, vous qui êtes la lumière de nos yeux, le bâton de notre vieillesse, la consolation de notre vie, et l'espérance de notre postérité ?

5. Nous ne devons pas vous éloigner de nous, puisque vous seul nous teniez lieu de toutes choses.

6. Mais Tobie lui disait : Tenez-vous tranquille et ne vous troublez point ; notre fils se porte bien ; cet homme avec qui nous l'avons envoyé, est très-fidèle.

7. Rien néanmoins ne pouvait la consoler ; mais, sortant avec empressement tous les jours de sa maison, elle regardait de tous côtés, et allait dans tous les chemins par lesquels elle espérait qu'il pourrait revenir, pour tâcher de le découvrir de loin quand il reviendrait.

8. Cependant Raguel disait à son genre : Demandez lui, et j'enverrai à Tobie votre père des nouvelles de votre santé.

9. Tobie lui répondit : Je sais que maintenant mon père et ma mère comptent les jours, et que leur esprit est troublé en eux.

10. Raguel ayant fait encore à Tobie de grandes instances auxquelles il ne voulut jamais se rendre, il lui remit Sara entre les mains, et la moitié de tout ce qu'il possédait en serviteurs, en servantes, en troupeaux, en chameaux, en vaches, et en une grande quantité d'argent ; et il le laissa aller plein de santé et de joie.

11. En disant : Que le saint ange du Seigneur soit en votre chemin ; qu'il vous conduise jusque chez vous sans aucun péril. Puis-riez-vous trouver votre père et votre mère en parfaite santé ! et que mes yeux puissent voir vos enfants avant que je meure.

12. Et apprehendentes parentes filiam suam, osculantes sunt eam, et dimiserunt ire,

13. Monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et seipsam irreprensibilem exhibere.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et Tobii pater ejus computabat unumquemque diem. Et postquam completi sunt dies itineris, et non veniebat ; — 2. Dixit : Numquid fortè confusi fuerunt ? — Aut, numquid fortè mortuus est Gabael, et nemo ei dat argentum. — 3. Et tristabatur nimis. — 4. Dixit autem ei uxor : Perit puer ; quando quidem tardavit. — Et cœpit flere eum, et dixit : — 5. Non mihi cura est, fili, quia dimisi te lumen oculorum meorum. — 6. Et Tobii dicit ad eam : Tace, ne sollicita sis ; valet. — 7. Et dixit ei : Tace, ne decipias me, perit puer meus. Et ibat per diem ad viam foras, quâ abierat. Hæc diebus panem non comedebat, et noctibus non intermittebat flens Tobiam filium suum ; quoadusque consummati sunt quatuordecim dies nuptiarum, quas juraverat Raguel facere eum ibi. — Dixit autem Tobias Raguel : Dimitte me, quoniam pater meus et mater mea non ultra sperant aspicere me. — 8. Dixit autem ei socer : Mane apud me, et ego mittam ad patrem tuum, et indicabunt ei que circa te. — 9. Et Tobias dicit : Dimitte me ad patrem meum. — 10. Surgens autem Raguel, dedit ei Saram uxorem ejus, et dimidium substantiæ, corpora, et pecora, et argentum, — 11. Et benedicens eos dimisit, — dicens : Prosperabit vos, filii, Deus celi, priusquam ego moriar. — 12. Et dixit filia suæ : Honora soceros tuos : ipsi nunc parentes tui sunt. Audiam de te auditionem bonam. — Et osculatus est eam. Et Edna dixit ad Tobiam : Frater dilecte, restituit te Dominus celi et det mihi videre tuos filios ex Sarâ filiâ meâ ; ut later in conspectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meam in deposito : et ne contristes eam.

COMMENTARIUM.

VERB. 10. (1)—TRADIDIT, ET DIMIDIAM PARTEM

(1) QUARE MORATUR FILIUS MEUS, AUT QUARE DETENTUS EST IBI ? In Græco : *an confusus est ?* id est, an elusa ejus spes per Gabael hæredes ? ut sequitur. Sic apud Hebræos וַיִּשְׁמַרְטוּ sumpserunt sapientiam. (Grotius.)

Græcus hæc ibi legit : *Tobias pater ejus computabat unumquemque diem. Et postquam completi sunt dies itineris, et non veniebat, dixit : Numquid fortè confusi fuerunt ? An pecunia exigente difficultas aliqua interjecta est ? Num solvere recusavit debitor ? sæpè confundere usurpat pro negare.* Hebræus Fagii : *Fortassis accidit ei calamitas in itinere ?* Vetus latina versio : *Ne fortè detentus est ibi ?* (Calmet.)

VERB. 5. — CŒPIT AUTEM CONTRISTARI NIMIS (Tobias) IPSE ET ANNA UXOR EJUS. Nihilominus, v. 6. sic Tobias ad uxorem : *Tace et noli turbari.* Per hoc quod Tobias prius contristatus est, significatur præveniens motu partis sensitivæ, quam homo omnino excludere non potest ; nec hoc autem quod postea fortè et virili animo etiam uxorem fuerit consolatus, significatur quòd officium rationis sit cohibere motus illos sensitivos, contra imperium ejus insurgentes, et non permittere ut dominentur. Quòd igitur uxor dicitur *flevisse irremediabilibus lacrymis*, significatur quòd sensuality non suâ natura, sed tantum à ratione refrinari possit ; undè et mulier consolari (scilicet plene) non poterat, sed tantum vir, quia mulier sensuality, vir autem rationem significat. Ad litteram commendatur magna

12. Alors le père et la mère prenant leur fille, la baisèrent, et la laissèrent aller,

13. L'avertissant d'honorer son beau-père et sa belle-mère, d'aimer son mari, de régler sa famille, de gouverner sa maison, et de se conserver irréprochable.

OMNIS SUBSTANTIÆ SUÆ IN PUERIS, IN PUE-

et perfecta patientia Tobie, quòd positus in tot malis, videlicet paupertatis (dixerat enim c. 4 : *Pauperem vitam degimus*) cæcitatibus, senectutibus, absentia filii, immoderate tristitia uxoris ; nihilominus tamen se et uxorem piis verbis consolatus sit. (Estius.)

VERB. 4. — HEU ME, FILII MI ! UT QUID TE MISIMUS PEREGRINARI, LUMEN OCULOREM NOSTRORUM, BACULUM SENECTUTIS NOSTRÆ ? etc. Græcus hic corruptus videtur ; fortè enim innumeratò : *Non mihi cura est, fili, quia dimisi te, lumen oculorum meorum.* Legendum est potius : *Heu cura mihi est, filii mi, quòd te ita miserum !* Hebræus Fagii æquè concisus est ; sed Munsteri integrum hunc versiculum præterit.

VERB. 5. — OMNIA IN TE UNO HABENTES. Totus hic versiculus in Græco et Hebræo desideratur.

VERB. 6. — TACE, ET NOLI TURBARI. SATIS FIDELIS EST VIR ILLE, CUM QUO MISIMUS EUM. Satis positus et pro magister, ut : *Exulta satis : Homines hant satis ; Bellum datum satis. Ne traxeris, Domine, satis.* Versiculus hic potè aliter sonat in Græco : *Tobias dicit ad eam : Tace, ne sollicita sis ; valet. Et dixit ei Anna : Tace, ne decipias me, perit puer meus.* Anbò Hebræi legunt : *Tace, ne plores, nam salvi et incolumes redibunt.*

VERB. 7. — ILLA AUTEM NULLO MODO CONSOLARI POTERAT. Perspicua est versiculi hujus et sequentis littera. Sed Græcus Hebræique turbati sunt. Ita enim legitur v. 7 : *Ibat per diem ad viam foras quâ abierat. Ac diebus panem non*

